



Disputatio medica inauguralis epilepsia

<https://hdl.handle.net/1874/342424>

4.

D I S P U T A T I O M E D I C A
 I N A U G U R A L I S,
 D E
E P I L E P S I A.

Q U A M,

A U S P I C E D E O O P T . M A X .
Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

J O A N N I S G E O R G I I G R A E V I I

Politices , Eloquentiae & Historiarum Professo-
 ris Ordinarii.

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academici Consensu , Nobilissimaque
 Facultatis MEDICÆ Decreto*

P R O G R A D U D O C T O R A T U S
 Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis
 rite & legitimè consequendis ,

Eruditorum examini subjicit
S A M U E L D A S I L V A d e M I R A N D A , L U S I T A N U S .

A . D . 8 . M a j i , horis locoq[ue] solitis.



T R A J E C T I ad R H E N U M ,

Ex Officina F R A N C I S C I H A L M A , Academiæ
 Typographi , c l o I o c x c .

V I R O

Nobilissimo juxta atque Doctissimo

**D. FRANCISCO
RODRIGUES M O-
GADOURO,** Studio-
rum meorum Fautori ac Mœ-
cenati unico, omni honoris
genere in perpetuum colen-
do & prosequendo.

*In singularis amoris signum basce Inau-
gurales Theses animo humillimo,*

D. D. D.

SAMUEL DA SILVA DE MIRANDA.

AUST. & RESP.

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
EPILEPSIA.

THESIS I.



Nter affectus perniciosos, qui huma-
num genus, quam frequentissime ado-
riuntur, jure merito non inferiorem
obtinet locum Epilepsia, quippe ut
infestissimus corporis nostri hostis, ce-
rebrum divinæ mentis domicilium su-
bito petit atque invadit, quasi unico
ictu pariter actiones omnes animales,
motivas nimis, sensitivas & principes,
obruens ac prosternens: Cujus indoli rimandæ, ejusque amo-
litioni indagandæ inserviet modo hæc nostra medica inaugu-
ralis disputatio, atque omissis ejus, quæ sunt plurima, no-
minibus à veteribus impositis, inchoabimus numine divino à
definitione.

I I.

Epilepsia itaque est convulsio omnium corporis partium non
perpetua, sed per temporum intervalla cum detentione princi-
pum actionum tanta, ut æger neque audiat, neque videat, ne-
que liberatus paroxysmo præteriorum reminiscatur.

I I I.

Extra omnem controversiam locus affectus censetur media
cavitas cerebri, ubi potissimi nervi originem & principium du-
cunt.

I V.

Tres hujus mali differentiæ accident, quarum prima est,
quando morbi causa est in cerebro, ipsumque primaria affe-
ctione laborat; secunda fit ventriculi consensu, intestinorum &
matricis; tertia cujusque alterius partis vicio inducitur.

V.

Variæ hujus affectus causæ statuuntur, aliæ sunt internæ,
aliæ externæ.

A 2

VI. In-

4 D I S P U T A T I O M E D I C A

V. I.

Internæ sunt vel frigida, humidaque impense cerebri constitutio, qualis ut plurimum reperitur in puerulis; vel humoris crassi lentique pituitosi, vel melancholici ingens copia repente cerebri ventriculos, meatusque infarciens, ita ut æger, quia animalis inhibetur, nec corpori motum & sensum impetrare potis est, corruere cogatur, quod tamen non ita intelligendum est, ac si latus ille ac crassus pituitæ & melancholiæ humor affatim & penitus ductus intercipiat, sed ejus nonnihil præterlabitur: quod dum fit cerebrum tum impennis concussione admittitur, ut illud, quod sibi præter natum grave est, expellat. Præterea hoc malum quoque procreat venenata aliqua qualitas in cerebri substantia delitescens, aut vapor venenosus, qui vel ex utero, vel ex ventriculo, alisque visceribus, & quandoque ab extremis partibus auræ instar per cecos meatus in ventriculos cerebri reptit ac permeat, aut demum apostema cerebri, particulæque meningum corruptio.

V. I. I.

Externæ vero quamplurimæ statuuntur, ut sunt ira, & animi vehemens commotio, teter & venenosus odor, alimentorum corruptorum & virulentorum frequens usus, continua heluatio, atque ingurgitatio, violentus capitis ictus & concussio, aliaque permulta id genus. In puerulis autem caussæ plerumque esse dicuntur aut hæreditarium malum, aut nimia humiditas cerebri, aut prava viætus ratio, corruptumque in ventriculo alimentum, aut lumbrici, quando ex intestinis in ventriculum repunt.

V. I. I.

Quot sunt Epilepsizæ genera, tot sunt ejus signa: quippe alia primariam cerebri affectionem, alia per consensum ventriculi, & intestinalium, alia ab utero, alia ab externis partibus indicant.

I. X.

Quæ consistit primaria in cerebro, quam facillime cognoscitur ex capitis gravitate, ejusque atroci dolore, sensuum debilitate

I N A U G U R A L I S . 5

bilitate , motusque stupore , faciei pallore , turbulentis info-
mniis , maxime vero quod repente hominem adoriatur , nulla
symptomatum præsensione.

X.

Si vero in ventriculo causa est , præcedit ejusdem dolor ,
erosio , & distensio , compunctio , & inediæ difficilis toleran-
tia ; cum vero accessio imminet , nausea , dolor & palpitatio
cordis , animique deliquium ; at vero ubi desierit , succedit
vomitus biliosorum , aut pituitosorum humorum.

X I.

Si hoc malum autem uterum corripuerit circa lumbos , &
pubem dolores antecedunt , & simul capitis acerbi cruciatus
percipiuntur.

X I I.

Ab extremis denique particulis veluti manuum aut pedum
digitis , aut alia quavis corporis parte oritur . Priusquam ho-
minem invadat , frigida quædam aura in cerebrum efferri vi-
detur.

X I I I.

Priusquam cura attingenda est , non erit abs re ut examine-
tur nobilis ille aphorismus 45. lib. 2. Epilepsia laborantes ju-
venes cum loci , temporis , victus , tum maxime ætatis muta-
tio liberat . Ubi vel hinc constat , quamobrem Epilepsia nomen
puerilis morbi sortiatur , quod nimirum pueros maxime vexet
atque infestet ob humiditatem maximam , quæ , cum ætatis
decursu paulatim absūmatur caloris beneficio , fit ut in pueris
morbus iste à natura vinci possit , nihil tamen impediet quo-
minus naturæ subveniamus , & ætatis mutationem præver-
tamus , quod commodo victu & pharmacia obtineri utcumque
potest.

X I V.

In curatione igitur duo tempora sunt potissimum observan-
da , alterum paroxismi , alterum intermissionis : in priore co-
nandum est , ut quam citissime paroxismus auferatur , ne ve-
ro redeat intermissionis tempore invigilandum .

6 D I S P U T A T I O M E D I C A

X V.

Quod ad primum spectat, licet legitima cura a causæ ablatione inchoare par atque æquum esset, quia tamen symptoma est admodum periculosum, hinc curationis initium esse ducendum videtur, ergo vincula dolorifica articulis brachii & crurum injiciantur. theriac. mithridat. confect. hamech. hier. simpl. in os indito. In aures & nares oleum rosmar. immittatur. huic malo quoque non parum conducunt. Recip. rad. scen. ireos. pœon. ana ʒij. rutæ. absynth. salviæ & betonic. hyssop. ana m. ʒ. floram. stæcados utriusque & betonic. ana pug. i. fiat decoctum, & colat. ad tb. ii. in qua dissolve Confect. hieræ & diaphœni. ana ʒi. sachari rubri ʒij. olei Chamæm. & ruthæ ana ʒi ʒ. salis gemmæ ʒij. fiat Clyster.

X V I.

Ne vero recurrat intermissionis tempore summo studio providendum est, cui malo viœ attenuante, incidente & calefaciente, nec non medicamentis obviabitur, prius tamen viæ tali apozemate præparandæ Rec. rad. scyl. præpa. angel. enul. camp. pœon. mar. acor. ireos florent. ana ʒij. polypodii quer. sem. Carthami. passu. mundat. glycirrhia. ras. ana ʒvj. beton. hyssop. thymi. chamed. chamæpty. visci quer. melissop. ana. m. i. sem. fœsel. pœon. mar. ana ʒi. sem. anisi. scenic. ana ʒij. flor. anthos. genist. cardiac. pug. salv. majora. ana ʒβ. fiat decoct. ad tb. i. in colat. dissolve syrup. de hyssop. de betonic. & oxy-melyt. simp. ana ʒi. fiat apozema clarifi. & aromati ut decet pro dosibus duabus.

X V I I.

Cum vero corpus fuerit rite præparatum, sequens vel simile pharmacum usurpandum est. Recip. rad. & sem. pœon. mar. sem. scenic. ana ʒij. fol. hyssop. beton. capill. vener. ana. man. i. flor. cardi. pug. fiat decoct. ad dos. in colatura infunde agarici ʒij; fol. fennæ mundat. cinnamomi parum. in expressione dissolve hier. simpl. ʒij. syrup. capill. vener. ʒβ. fiat potio.

X V I I I.

Quid si malum fuerit contumax, atque eo pervenerit, ut malleoli

I N A U G U R A L I S. 7

malleoli vena sit incidenda , tum capit is roborandi ratio habebitur. Recip. cons. bugloss. borrag. anthos ana ʒj. β. confect. alkerm. ʒij. elect. lētificant. Gal. & de gemmis ana ʒβ. pul. rad. paeoniae. & aristol. ana ʒj. rasuræ eboris. cornu cervi. Coralli ana ʒij. cum syrupo de hyssop. fiat opiatum.

X I X.

Verum si nullis cesserit remedii confugiendum erit ad decoctum cynaræ , additis radicibus paeoniae & aliarum cephalicarum , tum purgationes iterum atque iterum repetendæ ; quod si etiamnum perfest decurrentum ad cauteria , quæ brachio , alterive membro , pro ut visum fuerit , adhibebuntur , verum tamen ea lege , ut ulcus ad aliquod tempus maneat aperatum recidivæ timore.

X X.

Atque hæc quidem in adulto exhibenda sunt , verum longe aliter cum infante agendum: licet enim ætatis mutatio plurimum efficere possit , si quid tamen moliendum est , id totum ipsum in nutrice fiat: imperetur igitur vietus incidens & calefaciens , abstineatque a venere , imo vero interdum purgatione utatur , ut medicamenti vis in ipsum lac transfundatur.

X X I.

Porro si malum hæret in ventriculo , imprimis per vomitoriam potionem evacuandum erit. Vomitoria vero potio confici potest ex sale & aqua tepida , cui admixtum sit paulum aceti , vel penna oleo illita in cesophagum immittatur , vel inferius etiam hoc modo purgabitur. Recip. hieræ simp. & diaphoen. ʒij. syrup. de absynth. ʒj. aquæ betonicae & hyssop. ʒj. β. fiat potio; ex quibus malum aliunde , quam ex ventriculo elatum intelligi , & tolli potest.

F I N I S.

Ornatissimo & spectatæ indolis ac Doctrinæ

V I R O,

SAMUELI DA SILVA

D E MIRANDA.



Ilvius eximios inter Medicæ artis
alumnos,

A Silvis nomen qui tenuere suum,
In numero quoque tantorum cupit
esse virorum,

Ut sit & illis par nomine reque studet.

Quod nomen clarum nullo delebitur ævo,

Tantum dilectis en dat Apollo suis.

Macte animo & virtute, labore patebit Olympus,
Inserat illustris te Medicina polo.

Silvius Hy spanus toto celebretur in orbe,

Sit voti finis, Silvius alter eris.

D. B. D. S.

